

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventivn

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0003

**LOG Titel:** Einleitung

**LOG Typ:** dedication\_foreword\_intro

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)



EMINENTISSIMO,

ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

# CAROLO ROSSETTO S.R.E. CARDINALI

Episcopo Fuentino

*Marcus Antonius Bernia fælicitatem.*



ABES in volumine hoc, EMINENTISS. PRINCEPS, Ornithologiam, eam videlicet, quam de Aibus scripsit historiam Vlysses ille Aldro- uandus, cui ad eam scribendam omnes certatim volucres suas ambi- tioso obsequio pennas obtulisse visæ sunt, non alia tamen vñsus ipse, quam Aquilæ tuæ, si cocontibus sæculis potuisset ab illa scriptio- nis suæ & instrumentum, & argumentum excerpere, adeòq. & mihi gratias è cineribus habiturus, qui volumini suo ab eadem Aquila ad arduum gloriae vola- tum non vnam pennam, sed alas integras coaptavi. Habet, inquam, Ornithologiam, non amplius Aldrouandi, sed Tuam, hoc est (sic liceat græcum nomen interpretari) vocalem auum Rempublicam, aligerumque Senatum Aquilæ Tuæ plenis comitijs, & suffragijs omnibus Imperium aeris deferentem. Quidni enim adorent, Reginamq. suam concordi fremitu consulentur, quā & nascendi prærogatiua, & oculorum acies, & examen solis, & indefessus alarum vigor, & exhibitum Romano Ioui fidelissimum ministerium, ad huius honoris eminentissimum verticem extulerunt? Vix illam implumem adhuc, volandiq. rudem ignea generosi pœtoris indoles patio è nido propulerat, iam scientiarum cam- pos celeri peruolitabat ingenio, anteibat auras, sapietia solem pleno bibebat oculo, nim- bisq. spretis arcem syderum cogitabat. Vix in volandi certamine inter eruditas volu- cres palmarum meruit, secundosq. excepit fermentum aurarum applausus, iam obstetri- cante virtute in ipso Iouis sinu meritorum suorum ponebat oua, & ne inuidiæ paterent flatibus, sed in speratum gloriae maturescerent partum, in ipsa Vaticanæ Rupe tutissima nidificabat. Quid cum ex illo vertice Romanarum æmula Aquilarum, laboris prædam in extremis Magnæ Britanniæ littoribus conspicata ad illam se se toto alarum remigio, demisit, nuntia pacis, non belli, oleam latura, non fulmen, draconem hæreticum euise- ratura, si posset, vel in egregio conatu præclaram animam positura? Magnum enim uero fuit illius colubri fallaces spiras eludere, sinuosa volumina declinare. Magnum fuit inter errorum monstra, & rebellantia Cælo capita sui Iouis Maiestatem asserere;

Magnum

Magnum fuit ab ipso Hæreſeos Regno Fidei intactum decus , Religionis inuiolatum honorem, prudentiae laudem , splendorem gloriae , saceritatemq; dignitatis promeritam Purpuram reportare . In Britannico Oceano, licet tempelatibus fædo, illa natabat Concha, è cuius visceribus, Eminentissime Princeps, Aquila tua felici irostro hunc , quo iam Splendes purpureum cruentem elicuit . Immo tu ipse dum in causa fidei , fidei hostibus vel vsq; ad sanguinem non verebaris resistere, oblati, sed non dato cruento, candore fidei tuæ in hunc muricem colorabas . Dedit olim iufidelis Anglia Constantium Romæ, Orbis Imperium fide potius domitum, quam gladio; quis scit an Anglia Hæretica te remiserit pürputatam Aquilam in ipso Catholicæ Religionis throno fausto omne regnaturam ? Felicem Europam, si huius Aquilæ nidus fieret, inspiraret vtiq; speraretque ab hoc bellorum turbine, quo tot iam annos concutitur, illam pacem, quam tu olim Colonię Apostolicę Sedis Legatus magnis, sed armorum strepitu non exauditis vocibus reuocabas, ac veluti triumphali tuarum pennarum curru subiectam, ni inuidia temporum obstitisset, populis gestientibus inuehbas . Et nunc quidem vni Ecclesiæ excubas . vni populo inuigilas , olim fortasse vniuersalem Ecclesiam , quâ latè porrigitur ab Oriente in Occidentem expansis testutus alis , populosq; & gentes ad unitatem Romanæ fidei vocatus . Sanè si Romanæ Vrbis fundatori profani augurium Imperij duodenii Vultures detulerunt , tota tibi pennatorum familia hisce in paginis coniurata sacratoris Regni æternam ominatur coronam, queq; olim Aues Aldobrandina Clementis VIII. sydera veneratæ sunt, Aquilam tuam ijsdem adscriptam, ac redimitam syderibus, si votis sydera arriserint, adorabunt . Tu omen cape , Eminentissime Princeps, & vna cum illo huic volumini nunquam perituriis notis impressum meæ in te deuotio- nis, ac fidei perpetuum monumentum ..